Literæ nobilium terræ Russiæ, quibus fide:litatem regi et regno promittunt, conservationem iurium et libertatum sibi concessarum, cavent etc:

35

In nomine Domini amen. Quia philozopho atte:stante, omnis virtus collecta fortior est se ipsâ disper:sa; proinde nos barones, milites, proceres
terrigenæ terrarum Russiæ, videlicet Lleo:poliensis, Podoliæ, Præmisliensis, Sanocensis, Hali:crensis, Chelmensis et Belzensis, singulariter uni:versi, et universaliter singuli, omnes pariter unani:mi voluntate et consensu, paribus vocibus, nullo dis:sentiente, cupientes comodum, bonum et honestum nostrum, et dictarum terrarum Russiæ procurare, ut dictæ terræ in statu suo et iuribus, bonaque nostra in eisdem terris iacentia, in bona pace et tran:quillitate possent eò uberius crescere et augeri Dei gratia nobis suffragante, talem invenimus, statuimus et facimus unionem modum et ordi:nem. Primò, promittimus, spondemus et pollicemur bona fide, Serenissimo principi domino et domino Wladislao Dei gratia Regi Poloniæ et cætera, domi:no nostro gratiosissimo naturali, fideliter, diligen:ter et constanter, iuxta iuramenta per nos sibi præstita, et iura nobis data, servire, obedire, et debi:tam reverentiam iugiter exhibere, bonumque, com:modum et honestum ipsius et coronæ suæ regni Po:loniæ, totis viribus nostris procurare, facere et au:gere, secundum consuetudinem aliarum terrarum regni Poloniæ, in nullis iuri nostro derogando.

Item

Item volumus, totisque viribus nostris intendi=
mus, iura nostra nobis et successoribus nostris
pro meritis nostris data, quæ per nonnulla bello:
rum certamina, et sanguinis nostri et nostrorum
prædecessorum profluvia, meruimus, in omnibus eo:
rum punctis, articulis et clausulis, intacta et invi:
olata, integraliter conserventur. Item promittimus
et pollicemur bona fide simul stare et firmiter, u:
nus circa alium, à maiore ad minorem permanere,
ut, si quispiam ius nostrum vel bona nostra, no:
bis omnibus vel alteri nostrum, violenter vellet in:
fringere, vel dampna aut oppressiones aliquas mi:
nus iuste inferre; extunc unus alterum iuvare, de:
fendere et protegere, fideliter et constanter debemus,
et circa ipsum auxiliis, consiliis, et impensis nostris
persistere et manere. Si. aut aliquis dignitarius, nobi:
lis vel terrigena, timore, amore vel pretio aliquo vi:
ctus, aut ausu temerario seductus, circa has inscriptio:
nes et promissa, pro communi bono et honesto et
pro iuribus nostris, nobiscum stare nollet, et ad con:
ventiones terrestres venire non curaret; extunc con:
tra talem inadvertentem, et bonum commune con:
temnentem, ac à nostra communitate discrepan:
tem, pro huiusmodi excessibus omnes pariter in de:
structionem ipsius insurgere et movere debemus,
et bona ipsius destruere, nisi ipsum aliqua legit:
tima causa et notabilis præpediret, ob quam ad
conventiones huiusmodi venire non posset, nichilo:
minus ea omnia, quæ in conventionibus talis mo:
di fuerint practicata, statuta et conclusa, tenere
debet et servare, aliàs ipsum pœna superius expressa,

punire

punire debebimus. Actum et datum in loco conventionis inter Visznyam et Rodathicze iuxta fluvium Rak nuccupatum in feria tertia proxima ante festum sanctae Margarethae. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Sexto. In quorum testimonium et evidentiam firmiorem, Sigilla nostra praesentibus sunt subappensa.

Ta kopia przepisana z oryginału pargaminowego z obrustem nadgniłego. Pięciu wiele było zawieszonych, które z zawiaskami pargaminowemi nadgniłemi, poodpadały, na niektorych pozostałych, imiona herbownych są napisane. albo tylko same urzędy.

Zaświadczam Adam Naruszewicz Bp Smolenski mp